Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6806
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



ubi est deus emath et arphat
ubi est deus sapharuaim dua
et aua. Numquid liberauerunt
samaritam de manu mea cum
nam illi sint. Vnusquisq; dis ter
rarum que eruerunt regionem
suam de manu mea: ut possit
eruere dus hierusalem de ma-
nu mea. Audiuit itaq; populus
et non respondit quicquam. Siquid
precepti regis acceperunt: ut
non responderent ei. Venitq; el
iachim filius helchie prepositus
domus et sobna scriba et io
ahe filius asaph a commentarius
ad ezechiam scissis vestibus et
nuntiauerunt ei verba rapsacis.

Cum ergo audisset ezechias rex scidit ve
stimenta sua. et operuit
est sacco: ingressusq; est domum
dni. et misit eliachim prepo
situm domus et sobna scribam
et senes de sacerdotibus operitos
saccis ad ysaiam prophetam filium
amos cum dixerunt. hec dicit
ezechias. Dies tribulationis
et increpationis et blasphemie
e ifdies iste. Venerunt filii us
q; ad partum: et vires non hab
ent parere. Si forte audiat do
minus deus tuus omnia verba
rapsacis que misit rex assyrio
rum dominus suus ut exprobraret
deum viuentem et arguat ver
bis que audiuit dnus deus tuus
et fac oratio pro reliquiis que
reperte sunt. Venerunt er
go serui regis ezechie ad
ysaiam. Dixitq; eis ysaias
hec dicetis dno vestro. hec
dicit dnus. Noli timere a facie
sermonum quos audisti: quibus
blasphemauerunt pueri regis as
syriorum me. Ecce ego mittam
ei spiritum et audiet nuntium. et
reuertetur in terram suam et deci
am eum gladio in terra sua. Re
uersus est ergo rapsaces: et
inuenit regem assyriorum expu
gnantem lobnam audierat enim
quod recessisset de lachis. Cumq; au
disset de ~~thaiha~~ tharacha re
ge ethiopie dicentes. ecce egres
sus est ut pugnet aduersum te
et iterum misit nuntios ad ezechiam dicens. Hec dici
te ezechie regi iuda. Non te
seducat deus tuus in quo habes
fiduciam: neque dicas. Non tradet
hierusalem in manus regis
assyriorum. Tu enim ipse audisti
que fecerunt reges assyriorum vniuersis
terris quomodo vastauerunt eas. Num ergo solus
poteris liberari. Numquid libe
rauerunt dii gentium singulos
quos vastauerunt patres mei go
zan. videlicet et aran et re
seph et filios eden qui erant
in thelassar. Vbi est rex emath
et rex arphat et rex ciuitatis
sepharuaim dua et aua. Cumq;
ergo accepisset ezechias litteras
de manu nuntiorum et legisset
eas: ascendit in domum domi
et expandit eas coram dno. et
oranit in conspectu eius dicens
Dne deus israel qui sedes super
cherubim tu es deus solus re
gum omnis terre: tu fecisti celum
et terram inclina aurem tuam
et audi. aperi dne oculos tuos
et vide: et audi omnia verba
sennacherib: que misit ut ex
probraret nobis deum viuentem
vere dne dissipauerunt reges